

Pratis pro Serenissimo Rege.

XVIII. 1. 1412

<http://rcin.org.pl>



ORA T I O

PRO SERENISSIMO REGE

J EHOVAH ! generis humani Principium, qui se-
cisti cuncta, verbo & beneplacito, qui cælum
et terram pro tua voluntate regis ! qui es ubi-
que oculus lucidissimus, penetrans fundum
terræ & Maris. o adoranda Trinitas ! Qui populo
tuo fidi, dedisti Servum tuum STANISLA-
UM REGEM, unxisti illum oleo, præ consor-
tibus Eius, effudisti in Caput Eius, dona spi-
ritus tui S. Custodi illum, dirige, firma, in-
strue, serva, defende, adiuva & protege. Da illi
cor docile, ut sciat gubernare populum tuum ,
esto illi Clypeus, adversus contra insur-
gentes, requies & umbra, in die Sudoris Eius,
et porta adiutorii, tange utramque aurem Eius,
fiat statera Eius æqua, & oculus uterque vi-
gilans, propelle inimicos Eius, ceu serpentes
de via: Gentem subditam illi purga ab omni
amore proprio: Cunctorum corda imple cogni-
tione, non esse potestatem, nisi a Te, qui es,
Deus Deorum, & Summus Rex Regum. Cicura
ferociam

XVII. 1. 1442

<http://rcin.org.pl>

ferociam Superborum, ut tuæ obediant voluntati in terris, quemadmodum Tibi, Soli, max: Deo omnis obedit creatura. Uncto tuo adversantem omnem malitiam extirpi, fac amicos Eius concordes, tui ovilis bonum curantes, cum capire suo, ne bonitati Regis confisi pupillos despiciant, abducant populum tuum ad gemitum & lacrimas, & quod congregat ille, ne dissipent, liberos eis fac ab omni avaritia Superbia, & contemptu proximorum, purgadomum Eius ab omni fece adulatio[n]is, omnis lingua mendax, obnutescat in conspectu Eius, gentem totam, quam placuit Justitiae tuæ minuere, dividere, & humiliare, auge, congrega, eleva effice unum spiritum, Tibi Deo, Regi, & legibus parentem, ne ab hinc respiciat retro, & peccate uno claudicet, Te, & Baal colendo. Converte gladium tuum in vaginam Eius, Cuius ictum merue e actus nostri mali. o JEHOVAH! Qui es misericordia omnium, fiat tua voluntas, semper bona, ut Illo diu in pace & tranquillitate regnante, securi ab impetu hostium, procedamus de virtute in Virtutem, confisi meritis Unigeniti tui & omnium qui tibi servunt in veritate & humilitate. o D[omi]NUS! sic Tibi Soli Gloria in æternum Amen.

Pater noster &c.



<http://www.lib.du.edu.pl>

1413

R

XVIII-11412